


ATIONV
XXIV

63






1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14



1. De Sabinis et Leabinatibus. P. I. V.
Beckmann. J. G. A. Faerber.
2. De Scripturarum recognitione et
Comparatione. R. H. Hahn. P. I. M. Hen-
ning.
3. De Libello. R. B. H. Tilemann. P. N. Klauwe.
4. De jure expectativae. P. G. Straus.
R. J. H. vander Hout.
5. De pecunia Austriaca in Graetia Goldn. R.
G. Radovic. P. J. Lembke.
6. de privilegiis mulierum. P. I. V. Beckmann.
P. J. D. Feyerabend.
7. De extrema provocatione ad constanti-
et innocentissimum tribunal Iesu Christi.
P. A. Orthoff. R. J. G. Krel.
8. de jure Stillicidii. P. I. V. Beckmann. P. J. D. Heisig.
9. de jure Obstetricum. P. J. G. Simon. R. J. H. Lots.
10. De obligatione impuberis. P. I. V. Beckmann.
P. H. Elers.
11. De restauratione domus ruinosae com-
munis. P. A. Keyer. P. J. G. Roth.
12. de Alapa. P. S. Stryk. P. C. Seidel.
13. De iudicio Rotwilenfi. P. C. Mairitz.
R. H. Othorstedt.
14. De iudicio aulico. P. C. Mairitz. P. C. Pantzow.

15. de Pauliana. R. J. A. Struv. R. J. H. Scheible.
 16. de Fortuna. Sr. J. Strauch, R. A. Stammich.
 17. de jure maritum in uxores et uxorias.
 R. J. Strauch, R. J. Menge.
 18. de justitia hominis circa sua membra.
 P. L. I. Simon. R. M. P. Ditmarfus.
 19. de occifore impuri. H. B. Roth.
 20. de non mœchaberis. Sr. B. Schultze. R. A.
 G. Brösemarij.
 21. de processu civili. R. J. Falckner. R. J. C.
 Lange.
 22. de eo quod circa equos publicè pri-
 vatimq̄ justam est. R. J. V. Beckmann.
 R. J. J. Hæcker.
 23. de singulari matram jure. N. Sylm.
 24. de precario. R. J. Strauch. R. A. v. Püchel.
 25. de primipilo. R. J. R. Völlinger.
 26. de clamore violentiae. J. H. W. G. G. G.
 R. J. P. Makovig. R. B. Freese.
 27. de maribus eorumq̄ damnis. R. G. A.
 Struv. R. C. Krüger.
 28. de subscriptionibus Principum. J. von Dale.

leiblich
nich.
rias.
ra.
s.
H.
C.
ri
ra.
n
ihel
n
f.
Sale.



4.

Q. D. B. V.
DISPUTATIO FEUDALIS
DE
JURE EXPECTA-
TIVÆ

von dem Anwartungs Rechte/

QUAM
ANNUENTE MAGNIFICO ICTORUM WITTEB. ORDINE,
PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTIS-
SIMO atq; EXCELLENTISSIMO,

DN. GODOFREDO STRAUSS/

Philosoph & J. U. D. Institutionum Prof. Publ. longè ce-
leberrimo, Curia Elector. Scabinatus & Inclyta Facultatis Juri-
dicæ Assessore Gravissimo p. t. DECANO SPECTABILI.

Fautore studiorumq; suorum Promotore omni honoris
cultu prosequendo
Publicè proponet

JOHANNES RUDOLPHUS von der Pfortel
EQV. MISN.

IN AUDITORIO ICTORUM,
DIE IV. AUGUSTI MDC LXXVI.

WITTEBERGÆ,
TYPIS JOHANNIS WILCKII.



DISPUTATIO FENACIS

JURE EXPERTA

TVA

ANNUENTE MAGISTRO JOHANNI WILHELMO

PRÆSIDENTE

PRÆSIDENTE

VIRO NOBILISSIMO ANTONIO WILHELMO

DN. GODOFREDO

Philosoph & J. D. Institutionum P. C. & J. D. Langgese

Lebentimo. Curis Electo. & Capitano. & J. D. Langgese

et aliorum. & J. D. Langgese

Tempore Jurisdictionis. & J. D. Langgese

Publice proponit

JOHANNES RUDOLPHUS

et aliorum

ANNO 1711

DIE 14. APRILIS MDCCLXI

WILHELMUS

et aliorum

ANNO 1711





JESU JUVVA!

DAnnat jus Civile *αἰθνηλοικηγομίας*
seu mutuae successione Pactum L.
15. L. fin. C. de Pact. Ad conven-
tionis enim Corvine speciem idem
interpretatur, & bonos adeò mores impugnare
oppidò judicat d. L. fin. contra quam mores fe-
runt & feudale jus disponit. Nam ut taceam il-
los in prasens, investiuntur quotidiè multi de
Feudis ab aliis adhuc possessis. Habitur nempe
eadem si qua ad dominum revertantur. Ex-
pectativam dicunt vulgò, rem non minus gra-
tam, quam usitatam, 2. Feud. 26. §. moribus.
Domini iniquitatis securi concedunt, procul à
voto captandæ mortis recipiunt Vasalli, utriq;
jus civile tantà diligentia tantoq; accuratatione
excogitatum insuper habent. Res digna, quæ
disquisitione publicâ percenseatur. Unica enim
veritas nec justitia plura puncta, ut nunc qui-
dem est, admittit. Placet ergò hanc causam jam
mibi sumere. Det Deus feliciter! §. i. ut



UT eò commodius progrediamur allubescit primum juris sententiam Civilis in hoc articulo evolvere plenius, tum deinde dilabi ad jus Feudale. Cujus justitia ritè exhibita, textum decurramus breviter. Utrobique tenorem legum ipsarum examinaturi. Dulcius enim omnia ex fonte. Jure equidem Justinianeò fixum sedet, hereditatem pacto dari non posse. Quà fini jam suò tempore Julianus stipulationem in id conceptam damnavit in *L. 61. de V. O.* Titius à sempronio ita stipulatus est: Anne tu me vis heredem instituere, & si non feceris centum aureos dare spondes, quærebatur an subsisteret ejusmodi stipulatio, & pronunciat eandem inutilem Julianus. Id quod mirum videri poterat, cum stipulatio sit contractus juris Civilis §. 2. *J. de J. N. G. & C.* ibi: *ex hoc jure Gentium omnes penè contractus L. 5. de J. & J. ibi: exceptis quibusdam, quæ à jure Civili introductæ sunt.* Quadrat huc apprimè *L. 1. Locat.* ubi ideò locatio & conductio juri gentium adscribitur, quoniam consensu non verbis initur. Unde oppidò fuit, quod contractus qui verbis perfici amat, non Gentium; sed Civili juri transcribendus veniat. Nam & id præcipuum habet ipse, quod omnes, utpote deportati, eundem celebrare nequeant *L. 14. §. 1. de Novat. & deleg.* qui tamen contractus juris Gentium inire non arcentur *L. 15. de Interd. & Releg. L. 17. §. 1. de Pœn. Conf. Unger. Ex. ii. ad Inst. q. 1. Ludwell. ad Inst. disp. 12. th. 1. lit. D.* Quare hic contractus firmissimus omnium videbatur: Si quidem inde & nomen suum sortitus censetur *pr. Inst. de V. O. Paul. Lib. 5. sent. 7. Salmas. de usur. cap. 6.* Nam & actiones inde pullulant *d. pr. L. 24. de Reb. cred.* Ut taceam vel eò firmissimè obligare hunc contrahendi modum, quoniam verbis non tantum fit expressis, iisque non nudis & vulgaribus, uti in contractibus reliquis, sed solennibus, sed certo modo conceptis *L. 126. §. 2. de V. O. Gæd. de contr. & comm. stipul. cap. 2. concl. 1.* Adest ergò deliberatio major, majorq; animi voluntas. Quid? quod adeò stipulatio liget, ut dolò quamvis ad promittendum inductus, subtilitati juris sit obstrictus *L. 36. de V. O. Confer. Vinn. Select. quæst. lib. 1. cap. 126.*

§. II. Verùm rationem decidendi in nostra *L. 61. annu-*
ctit Jctus, quod ejusmodi stipulatio contra bonos mores sit,
indeq; subsistere nequeat. Oportet itaq; facta, quæ in stipula-
tionem deducenda sunt, esse possibilia & honesta, aliàs nullius
hæc erit momenti §. 23. *f. de inutil. stipul. L. 26. L. 28. de V. O.*
Benè Arnold. Vinn. ad §. 23. f. de inutil. stipul. Nec ea tantum, quæ
apertè flagitiosa sunt, in stipulationem deduci non possunt: ve-
rum etiam, quæ bonis moribus adverlantur; veluti si de futura
Successione contrahitur *L. stipulatio 61. eod. L. ult. C. de Pact. L. 4.*
C. de inutil. stipul. Quinimò & si quis pecuniam promiserit, ne
furtum aut cædem faceret, aut sub conditione, si non fecerit, ad-
huc dicendum, stipulationem nullius esse momenti; cum hoc
ipsum flagitiosum sit, pecuniam pacisci, quo flagitio abstineas.
L. Juris gentium 7. §. 3. de pact.

§. III. Idem ex Codice Justiniano apprimè firmatur.
Quam in rem *L. 15. & L. fin. C. de Pact.* succinctè explicare fas
erit. Ac in *l. 15.* quidem talis facti species reperitur. Titius elo-
cat filiam constitutâ insimul eidem dote, inq; instrumento dota-
li præterea promittit, filiam eandem cum fratribus suis æquali-
ter olim succedere debere, condit deinde testamentum & in-
æqualiter fratres cum filia, cui tamen legitimam reliquit, here-
des instituit, adeò ut pactò illò insuper habitò longè minore
quam æquali potiatur portione filia, nascebatur inde quæstio,
utrum testamentum hocce vires haberet, num verò præcedaneo
pactò enervatum caderet, & respondebant Impp. affirman-
do prius & negando posterius. Injunctis insimul rationibus,
primum, quod pactum ejusmodi nullam contraxerit obligatio-
nem h. e. ab initio non subsisterit; sed potius ipsò jure nullum
fuerit. Pugnat etenim ejusmodi pactum contra leges civiles.
Jam nullum pactum, nulla conventio, nullus contractus subsistit
lege contrahere prohibente, sed ipsò potius jure concidit *l. 5. §. 1.*
C. de Leg. nec servari ejusmodi pactum oportet, quoniam à jure
communi remotum est *l. 7. §. 16. de Pact.* Dum enim lex quid fieri
prohibet efficit ut frustra fiat, quod prohibitum est, adeò ut ad
irritandum ejusmodi pactū exceptione vel rescissione opus nō sit

A 3

Conf.

Conf. Peretz. ad d. t. C. de LL. n. 11. Wissenb. ad eund. tit. C. n. 11. seq. Brunnem. ad cit. L. 5. C.

§. IV. Altera in texturatio est, quod libertas testamenti faciendi tali auferatur pactio: quod iterum Juris Civilis principia non admittunt. Nihil enim est, quod magis hominibus debetur, quam ut Supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stylus & licitum quod iterum non redit arbitrium *l. 1. C. de SS. Eccl.* concordant Digestorum loca; ambulatoria enim debet esse voluntas defuncti usque ad supremum vitæ exitum *l. 4. de adim. leg.* Nec quicquam prohibet, priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, rescindere *l. 17. eod.* Ita propter inimicitias adimi legatum, adimi hereditas potest *l. 3. §. fin. eod.* Id quod in tantum verum est, ut nec quisquam eam in testamento legem sibi dicere queat, ut à priori voluntate non liceat sibi recedere. *l. 22. pr. de leg. 3.* nec promissio de non mutando heredem testatorem obliget, *Conf. Richter. p. 1. dec. 26. n. 8.* ubi præjudicia hanc in rem affert.

§. V. Succedit jam *L. ult. C. de pact.* in partes: Cujus casus talis esse videtur: Titius Cajus & Sempronius habent avunculum Mevium, satis locupletem, cujus hereditatem sperant, ineunt invicem pactum de hereditate ipsius sive ad omnes, sive ad unum ex iisdem deveniat, æqualiter inter ipsos dividenda. Mevius condit testamentum cognatosque illos suos in æqualibus instituit heredes partibus, vel etiam unum saltem aut duos heredes facit, duobus vel uno præteritis, moritur deinceps, & illi, qui ex minore parte scripti heredes vel prætermitti planè sunt, vi pacti æqualiter cum instituto ex majore parte vel ex asse succedere expetunt: hic verò in testamenti tenore jus suum reponit, quaritur quænam hic juris sit potior? Respondet decidendo Justinianus, pactum illud initum invalidum ac irritum esse, adeoque testamentum hætenus vires suas retinere. Ratio dubitandi esse poterat, quod pacta conventa sint servanda *l. 1. l. 48. de pact. L. penult. C. eod.* & fidem fallere grave sit *l. 1. de Const. pecun.* tum demum, quod quilibet juris suo renunciare possit *l. 46. ff. c. L. pen. C. eod.* cum rei suæ moderator & arbiter quisque prædicetur in *l. 21. C. mand.* Accedit ratio dubitandi ex ipso textu, quod non simpliciter de viventis hereditate pactum sit interpositum; sed sub
condi-

conditionibus certis, si scilicet avunculus mortuus fuerit, & ad paciscentes ejus deveniat hereditas, ut hinc non censeatur conventum de hereditate capessenda in eventum mortis, sed potius eadem jam delata dividenda.

§. VI. Verum rationes decidendi longâ serie deducit Imperator in *b. L. ult. C.* rationem decidendi primùm petit ab injuncto: neminem enim exhilarat si de bonis suis inter se dividendis alios tractare, & quasi se pro mortuo æstimari inaudiat. Equidem quæ mali ominis sunt, meritò omnes detestamur *l. 9. §. 1. de lib. & post. L. 34. §. 2. de contr. empt. & casum mortemq; alterius spectare nec civilis nec naturalis ratio permittit L. 83. §. 5. de V. O.* Quid enim aliud præstant hi paciscentes, quàm ut bona alterius in sortem & divisionem vocent, atq; ita quasi mortem ejus voto ac spe præcipiant. Altera ratio à periculoso accersita deprehenditur. Esse enim ejusmodi conventiones tristissimi & periculosi eventus plenas: quippe quæ facilè votum captandæ mortis alienæ inducere videbantur *L. stipulatio hæc 61. de V. O. L. 4. C. de inutil. stipul. L. 11. C. de Transact.* Tertium argumentum ab injusto repetit Imperator, quod nempe iniquum sit, quòdam vivente & ignorante alios de rebus ipsius pacisci, & convenire. Sicut enim viventis nulla est hereditas *L. 1. de hered. vend. arg. L. 2. §. 2. eod. L. 151. de V. S. Conf. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 15. tb. 6.* Ita omninò iniquum est, ut citra alicujus scientiam de bonis ipsius transigatur; nemini siquidem alterius factum nocere, nemini per alterum iniqua conditio inferri debet. *L. 3. §. 4. Quod quisq; jur: in al. L. 2. de eo, per quem fact. quo min. L. 8. §. 14. ff. de Inoff. testam:* Insequitur jam porrò in textu generalis Imperatoris Sanctio: hujusmodi pacta contra bonos mores pugnantia repelli planè ac rejici, nec quicquam ex iis observandum esse.

§. VII. Succedit porrò in textu nostro exceptio: Nisi forte, de cujus hereditate pactum est, voluntatem suam eis accommodaverit, & in ea usq; ad extremum vitæ suæ spatium perseveraverit. Quæ exceptio ex duobus consistit requisitis. Ac primùm quidem deposcit consensum ejus, de cujus hereditate dividenda negotium vertitur, sive ille consensus in continenti intervenierit sive postea supervenerit, sive etiam ante jam fuerit ab ipso

ipſo exquiſitus & impetratus, nihil intererit quoniam utroque
nulla conſentienti fit injuria *Conf. Vinn. Tract. de Pact. cap. 19. §. 8.*
Deinde perfeverantia deſideratur, ut nempe quis in ejuſmodi
conſenſu uſque ad vitæ extremum perſiſtat. Quod ſi enim quis ab
initio quidem conſenſerit in ejuſmodi pactum, deinde verò vo-
luntatem iterum mutet, expirabit vis pacti illius; quando qui-
dem nemo per ejuſmodi conſenſum facultate teſtandi privare ſe
voluiſſe cenſebitur. *Conf. Carpzov. p. 2. C. 35. d. 19. Ant. Fab. in Cod.
Lib. 2. tit. 3. D. 10.* Annectitur etiam ratio hujus exceptionis in
textu, quod ita tollatur acerbiffima ſpes nec alteri præjudicium
fiat vel moleſtia creetur, dum velit & jubeat ejuſmodi pactiones
eſſe ſervandas. Quafi dicat Imperator: Ceſſat enim tum ratio
prohibitiva, ceſſat ratio acerbiffimæ ſpei ſeu votum captandæ
mortis, ceſſat propter viventis conſenſum ſiniſtra ſuſpicio omnis
Conf. Carpzov. c. l. ubi n. 5. etiam in præjudicio huic ſpectante
ejuſmodi decidendi rationes adducit in verbis; Er Hanß Hel-
wig auch in ſolche Vergleichung gewilliget/ und wohl damit zu-
frieden geweſen &c.

§. VIII. Addit porro Imperator, ſe in hac exceptione pro-
latâ novi nihil ſanxiſſe; quippe cum idem & antea, anterioribus
ſcil. legibus & Conſtitutionibus ſtatutum, jam obtinuerit, licet
id ulterius declaraverit, ſeu clariuſ ſanciverit. Ubi quidem
quid per anteriores leges intelligendum veniat, non convenit
inter interpretes. Gloſſa quidem ad h. text. tradit eas innui Con-
ſtitutiones, quas non habeamus. Quò ipſo fortè ad primi Co-
dicis editionem vel etiam ad Codicem Theodoſianum Hermo-
genianum, & Gregorianum reſpexit. Ab illa non multum ab-
ludit *Gothofred. ad h. l. num. 33.* qui per anteriores Conſtitutiones
Theod. ab Imperatore hic indigitari *L. 2. C. famil. Erciſ.* autumat.
Non abſonum fuerit ſtatuerè, quod Imperator hic ad *L. 3. §. 2.*
Pro Socio inſimul reſpexiſſe cenſeatur, ubi ſi inter duos ita coita
ſit ſocietas, ut ſi qua hereditas alterutri obvenerit, ea commu-
nis ſit, conventio illa tanquam generalis & de incerti hominis
hereditate obventura concepta, omninò valebat. *Conf. Vinn.
de pact. cap. 19. §. 7.* Senſus ergò noſtri textus jam ille vincere vi-
detur, quod olim quidem generaliter de dividenda hereditate
pacifci

pacisci licuerit, Imperator verò id ulterius dilataverit, quod etiã de certæ personæ, si ipsamet consentiat, hereditate dividendâ pactum in ire liceat. Tandem Imperator regulam suam generalẽ aliis exemplis similibus illustrat, simulq; de his jus sancit & firmat. Ita enim nemo de bonis alienis in casum mortis donare, nec hypothecam in iis cuiuspiam constituere, vel alium quendam contractum de iisdem celebrare valet. *Conf. Alciat. ad h. L. adji-*
ci tur ratio, quod Ictorum secta ac doctrina non patiatur, etiam
alienis rebus contra Domini voluntatem aliquid fieri: quin po-
tius eadem difertẽ disponit, quod nullius res citra factum ipsius
alienari aut distrahi queant, vid. l. ii. C. de contr. empt. l. g. rer. amot.
L. Nec quasi 70. d. R. V.

§. IX. Fixum E manet, pacta de successione in bona alterius jure civili invalida ac irrita esse. Interim cum ex exceptione in §. 7. a nobis expositâ, tum ex *L. 19. C. de Pact.* oppidò patet, quod certò casu a certis Personis celebrari firmiter & jure Civili illa potuerint. Milites enim ad prælium euntes, & ut cum Vetere Poetâ Comico Antiphane loquar, mortis quasi stipendarii de mutua Successione ita pacisci possunt: ut ad eum, qui superstes fuisset, res ejus, cui casus vitæ finem attulisset, pertinerent. Id quod argumento inservit, ejusmodi pacta naturâ turpia seu jure naturali prohibita haud esse: Quod si enim hoc jure illicita forent, ne quidem militibus indulgeri potuissent, quoniam ius naturæ immutabile est §. 11. *J. de J. N. G. & C.* quod a civili ratione se corrumpi refugit. §. *fin. Inst. de legit. agn. tut. Conf. Ludovicus Molina de Just. & Jur. Tom. 1. Tr. 1. Disp. 4. Domin. Soto de Just. & Jur. lib. 1. quest. 4. Art. ult. Hugo de Roy de eò, quod just. est lib. 3. tit. 4.* Nam & rationes hætenus recensitæ ita comparatæ sunt, ut turpitudinis aliquid naturalis in se vix contineant. Præcipuas paucis perlustremus. Libertatem testandi infringi his pactis, jus Civile arguit: atqui novum non est eodem jure testandi facultatem, multis vel planè denegari, utpote servis, Bannitis, ad ultimum supplicium damnatis &c. vel tamen certis limitibus circumscribi, prout in filiisfam. cernere licet, qui de bonis saltem castrensibus & quasi castrensibus, non etiam de profectitiis & adventitiis testari queunt, *pr. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. l. 6. pr.*

B

qvi

qui testam. fac. poss. l. 3. §. 1. ff. L. pen. C. eod. Conf. Schnobel. disp. ad ff. 16. th. 4. & 5. Wissenb. ad tit. ff. qui testam. fac. poss. th. 13. seqq. Pariter Sacerdotibus ac Clericis maximè aliàs privilegiatis integrum non est, de bonis Ecclesiæ semel quæsitis testamentum condere cap. relatum X. de testam. Conf. Lancellott. in Instit. Jur. Canon. lib. 2. tit. 28. §. 3. seq.

§. X. Et quamvis in hoc articulo boni mores paginam utramq; faciant, quibus pacta ejusmodi refragari videntur; attamen discrimen hic faciendum est, inter mores bonos ex ipso jure naturali oriundos & à populo Romano receptos: Contra illos non militant pacta præsentia, quamvis his omninò adversentur. Jam Civilia jura mutationi esse obnoxia, & vel tacitò consensu populi, vel alià postea lege latà, vim suam perdere quis ignorat. *vid. §. 11. Inst. de I. N. G. & C. L. ult. de Const. Princ. junct. §. fin. de legit. agn. tut.* Quæ distinctio morum non est cerebrina; sed ex ipsis nostri juris fontibus promanat: Nam per bonos mores naturalis iuris actus & exercitium *in l. 5. C. de condict. ob turp. caus. & l. 15. ff. de cond. Instit.* insinuari nemo hætenus ambigit. Lenocinii siquidem crimen turpitudinem naturalem post se trahit *d. L. 5. & facta, quæ lædunt pietatem & verecundiam nostram, iisdem pariter damnantur. cit. l. 15. ff.* Ex adverso contra mores impingere dicitur, ut sororem adoptivam quis in matrimonium sibi stipuletur *l. 35. §. 1. quanquam de V. O.* Jam sicut adoptio juri Civili suam debet originem *l. 77. de R. 7. Conf. Wissenb. ad tit. de adopt. n. 2.* ita talis conjunctio etiam mores ex jure Civili pullulantes saltem violare censebitur. Talia enim sunt prædicata, qualia permittuntur esse à suis subjectis. Similis casus occurrit *in l. 61. de V. O.* ubi hæc: *stipulatio hõc modò concepta, si heredem me non feceris, tantum dare spondes? inutilis est, quia contra bonos mores est hæc stipulatio.* Ubi boni mores Civiles omninò intelligendi veniunt. Id quod exinde elucescit, quoniam stipulatio illa ideò rejicitur, quod libertati testandi reclamet: hanc verò rationem ex jure Civili descendere, modò demonstravimus. Omitto reliqua, quæ longâ serie adhuc in hanc rem adduci poterant.

§. XI. Potius est, ut ad principalem me rationem accingam,

gam, quæ propter votum captandæ mortis & emergentem inde peccandi occasionem pacta ejusmodi ex republ. proscribit. Quemadmodum enim nemo malus futurus præsumitur, & præsumptio nõ delicti excludit præsumptionem delicti *Carpz. Pract. Crim. part. 3. q. 123. n. 69. & ibi cit. Mascard. & Menoch*: ita quorundam improbitas hominum aliorum utilitati obesse non debet: cum nemini per alterum iniqua conditio debet inferri *l. 18. §. 14 de inoff. testam.* Nec enim usus propter abusum tollendus. Et quamvis occasio delinquendi dari haud debeat *c. 2. de testam. in Clem.* tamen hoc exaudiendum de eò saltem casu est, quando delictum inde, tanquam ex immediata causa secuturum, timetur, per ea, quæ in similibus terminis tradit *Carpz. Pract. Crim. p. 1. quest. 26. n. 12.* Equidem si jus Civile omnia illa, ex quibus remote occasio peccandi fluere poterat, auferre vellet, multa juris nostri capita periclitarentur. Pauca saltem tangam. Potest Pater sibi in tabulis condere testamentum, & filio impuberi per nuncupationem substituere, *l. 8. inf. de Bon. poss. sec. tab. L. Patris. 20. §. 1. de Vulgar. & pupill. subst.* potest Pater in iisdem tabulis, quibus sibi heredem instituit, etiam filio substituere pupillariter, eademq; substitutio omninò jure valet, & subsistit, *§. 3. in fin. Inst. de pupil. substit.* & tamen judicante eòdem Imperatore ejusmodi substitutio procul dubio propter votum captandæ mortis satis est periculosa. Res evadit apertior in mortis causa donatione, cum quis ita donat, ut si quid humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit, sin autè supervixisset, is, qui donavit, reciperet *§. 1. I. de donat.* quæ donatio utiq; subsistit jure Civil. *l. 2. seqq. l. 35. §. 4. de mort. caus. donat.* & tamen si unquam hic votum captandæ mortis timeri poterat, cum donatarius, præprimis si rem jam accepit *vid. l. 29. eod.* difficilius eam restituat. Eò magis E. de malis artibus retinendi cogitare præsumetur, quàm is, qui consequendi saltem spe gaudet. Alia exempla lubens prætereo.

§. XII. Et hæc fortè rationes non latuerunt Romanos, quippe qui certis personis ejusmodi pacta inire permiserunt. Valet enim pactum mutuæ successionis inter Comilitones in procinctu factum *L. 19. C. de pact.* Et quamvis potestas ejusmodi pactum.

ineundi, militari soleat transcribi privilegio, tamen si juri naturali refragaretur illud, ne quidem militibus indulgeri poterat, quoniam istud immutabile est §. 11. *Inst. de I. N. G. & C.* Atqui & valebat pactum in genere de hereditate obventurâ, nullô certô homine nominatô l. 3 §. 2. *pro Soc.* Valebat denique ejusmodi conventio, si is de cujus bonis agitur, consentiret, & in eâ voluntate ad extremum usq; vitæ spatium perseveraret *L. ult. C. de Pact.* quem textum jam supra dilucidavimus.

§. XIII. Idem cum adverterent aliæ gentes, varia circa Successionem pacta introduxerunt & stabilierunt, de quibus videri potest *Vinn. Tract. de Pact. cap. 19. §. 5.* Ipse quoq; Imperator Leo conventiones ejusmodi servandas esse oppidò sancivit in *Nov. 19.* per quam l. 15. *C. de pact.* abrogatam esse, vulgò tradunt *Conf. Wissenb. ad tit. ff. de Pact. n. 27.* Et verò easdem etiam Germanis frequentari, plus quàm manifestum est. Cum enim ipsæ ad pacem tranquillitatemq; imperii spectare, & in illustribus Personis omnis sinistra præsumptio vel suspicio captandæ mortis exulare videretur, accedente præprimis Imperatoris confirmatione, primùm inter Principes, Comites & Barones imperii statuta de mutua successione cœperunt, *Conf. eleganter hanc in rem Gail. lib. 2. obs. 127.* Tùm deinde ad privatos etiam, ubi fieri amat, ejusmodi pactorum usus devenit. Ita consuetudine recepta est unio prolium, quâ Parentes ad secundas nuptias transeuntes coram Magistratu ordinario causâ cognitâ, accedente consensu eorum, quorum interest, de hereditate vel parte bonorum inter diversi matrimonii liberos, ex æquô communicanda prospiciunt, *vid. Bartholom. Muscalum de Success. conventional. Cl. 1. Membr. 3. Schultz. ad tit. Inst. de adopt. Bacchov. ad Trentl V. 1. d. 2. th. 21. Lit. F. Gail. lib. 2. observ. 125. Struv. exerc. 3. ad ff. th. 66.*

§. XIV. Pariter pacta conjugum de futurâ successione non minus invaluerunt, & in donationis inter vivos speciem cadere credita fuere, *vid. iterum Gail. c. l. obs. 26.* Increbuerè etiam renunciationes hereditatum aliàs prohibita. Quam in rem hæc *Jur. Can. cap. quamvis 2. de Pact. in 6.* reperiuntur disposita. Quamvis pactum Patri factum à filiâ dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet

probet Lex Civilis: Si tamen juramentò, non vi nec dolò præstitò, firmatum fuerit ab eadem, omninò servari debebit: cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum. Tandem moribus quælibet pacta de hereditate acqvirenda, conservanda, vel etiam repudianda fuere approbata, *Conf. Peretz. ad tit. Cod. de Pact. n. 16. seqq. Struv. Ex. 6. ad ff. th. 44. ibiq. cit. Habn. & Sotan.* Ratio enim à voto captandæ mortis petita in Germanis, propter fidem eorum & candorem, uti suprâ dictum, cessare intelligitur. *Hulderic. Eybenius ad Peretz. c. l. n. 17. ibiq. cit. Fichard. consil. 54. n. 2. Conf. Carpzov. p. 2. C. 35. D. 21, 22, 23. Heig. p. 1. qv. 23. n. 15. Grænewegen ad L. 15. C. de Pact. Richter. p. 1. Decis. 26. n. 30.* ubi etiam præjudicia recenset. *Berlich. p. 3. Concl. 41. n. 29.* qui tamen valorem horum pactorum ad Principes, Nobiles, & alias egregias Personas restringit, quorsum & *Carpzov.* inclinare videtur. *c. l. D. 25. jung. Dn. Lauterb. Concl. for. Exer. 8. th. 5.* sed reliqui à nobis citati autores generaliter hîc loqvuntur.

§. XV. Cum E. ex consuetudine ejusmodi Conventiones successoriæ consent, Expectativæ jus eodem niti censetur fundamentò. Nec mirum videri poterit expectativas passim frequentari in Feudis, cum & alia pacta de successione in viventium bonâ, in viridi sint usu. Videamus jam & deccurramus ipsum textum capitalem 2. F. 26. §. *Moribus*, cujus verba concepta ita habent: *Moribus receptum est, Dominum de Feudo militis sui, quod post mortem ipsius ad Dn. reverti sperabatur, in alium militem investituram facere posse: Quæ investitura tunc demum capiet effectum, cum Feudum Domino aut heredi suo fuerit apertum. Secus est, in Ecclesiasticis Personis. Nam si Ecclesiastica Persona talem faciat investituram, non aliter valebit, nisi sibi non etiam successori suo feudum aperiatur. Et in tali investiturâ consensus ejus, de cujus Feudo sit, exquiri non oportet.*

§. XVI. Exprimit Jctus Feudista primum causam efficientem remotam, quæ sunt mores seu consuetudo. Non mali & irrationabiles, de quibus intelligenda L. 2. C. *quæ sit long. consuet.* & L. 39. ff. *de LL.* Nam id, quod non ratione, sed errore introductum, in aliis similibus non obtineat. *Conf. Harprecht. ad §. 9.*

J. de J.N.G. & G. 3. Paul. Voet. ibi. n. 1. Sed potius boni & rationabiles, quandoquidem jus omne rationi & æquitati convenire debet, *Conf. L. 14. de LL. Nov. 134. cap. 2. 3. & 4. Ludwell. ad c. 5. 9. n. 1.* Nec quicquam hic facit captandæ votum mortis horrifonum aliàs & planè abominandum. Præterquam enim, quod captandæ illud rem ipsam in se spectatam non illicò efficiat illicitam, quemadmodum supra jam abunde dedimus demonstratum: utiq; præsumtio ejus in præsens planè cessat, sub hâc enim conditione investitus certus fit, quod feudum in casum mortis vasalli sibi vel heredibus suis obventurum sit, quod secus est in eò, qui spem succedendi in hereditate habet, utpote, qui, quæ facta ejus, cujus bona sunt, facillimè auferri potest, ut proinde mirum non sit, quod jus Civile pactum illud de futura viventis hereditate improbaverit: hoc verò de feudo viventis moribus feudalibus approbatum & receptum sit, *Ludwel. in Synops. Feud. cap. 8. p. m. 160.* Ubi etiam illam addit rationem, quod qui Expectativam acceperit, procul dubio spe illâ succedendi privari possit, si mortem Vasalli acceleraverit. Feudum scil. solâ fide spectatâ consequitur is, cui, expectativa indulta. Quod si ergò vel minima insidiarum Vasallo adhuc vivo structarum suspicio se, det ad manum, repulsam iste à Domino feret, cum nunquam possit videri fidelis, qui alios Domino fideles de medio tollere conatus fuerit.

§. XVII. Aliam adhuc diversitatis rationem suppeditat *Dn. Struv. in Syntag. Jur. Feud. cap. 7. th. 5. his verbis:* Respicit jus Civile desiderium singulare alienæ mortis, ac votum procurandæ mortis, quod ex illius actûs circumstantiis colligitur. Cum enim quidam de re, ad se plane non pertinente, & cujus acquirendæ spes & singularis ex præmaturo pacto apparens affectatio interverti posset, dispositione Domini aut morte ipsorum, qui pactum ineunt; & quidem hi clandestinè sive ignorante eò, de cujus bonis agitur, inter se paciscantur: ideò præsumunt inde leges nostræ Civiles animi & consilii singularem malignitatem. Longè aliter res se habet in concessione Expectativæ, quippe quæ fit ab eo, qui dominium directum in re habet, in casum securæ consolidationis: quod latius eleganter exponit Janus ab Arcedura
Concl.

Concl. feud. 5. c. 1. n. 6. seqq. Conf. Hartm. Pistor. L. 2. q. 25. Nimirum supponit Jus Civile pactum successorium, inter eos initum, quibus nullum tunc jus in bonis alterius, de quibus conveniunt, obtinent, sed eo ipso acquirere satagunt, quod accedens occultatio eò magis reddit molestum & exosum: In expectativa verò concedenda primas sustinet partes ipse dominus Feudi per hunc nostrum textum ibi: *Dominum de Feudo militis*, uti infra diducetur, ut hinc non simpliciter de re alia in casum mortis alterius disponatur. Promovet hoc negotium fides, quæ in Vasallo futuro domino adeò est cognita, ut nihil inde mali, nihil finisri de ejusmodi virò benè meritò sit metuendum. Frustra ergò post Clarum noviter *Rittershus.*, qui in *Part. Jur. Feud. lib. 1. cap. 7. q. 23.* admonet, melius facturum, qui ab ejusmodi investituris abstinuerit, ne votum captandæ mortis inducatur, *arg. L. fin. C. de Pact.* Id enim rebus sic stantibus planè exulat.

§. XVIII. Accedit, quod hoc in casu, nullum fiat præjudicium viventi, cum investitura conferatur in casum permissum, quò nempe futurum erat, ut utile dominium eum directo consolidaretur. Atq; eò facit vulgata juris regula, quod paria sint facere aliquid tempore licito vel permissio, & conferre aliquid in tempus permissum *L. in tempus 62. de hered. instit.* In pacto verò quod propter votum captandæ mortis improbatum, aliter comparatum est, quia istud plerumq; eà de re initur, cujus dominium prorsus erat alienum, ut mirum non sit, sine voluntate domini nihil de eò firmiter disponi posse, *Hartm. Pistor. lib. 2. q. 25. n. 5. seq. & ibi cit. Andr. de Ifern. Conf. Henric. à Rosenthal Tract. de Feud. cap. 6. concl. 9. n. 3.*

§. XIX. Idem quoq; moribus Saxon. esse receptum, cogunt nos credere textus hanc in rem satis perspicui. Jure enim Feud. Saxon. communi *cap. 10. pr.* Ita traditur: *Etliche Leute sagen / daß mann kein Gedinge jemand lehen möge / mann bitte denn den darumb / der das Gut in gewehren hat / daß ist doch nicht. Et cap. 57. hac leguntur. Lehret ein Herr Frauen oder Mannen Geding am Guthe / das eines andern ist / stirbet denn dieser / der es besitet / und in Gewehr hat / so ist die Gewehr des Gutes erstoben mit sambe den Guthe / an / den dē das Geding gelichen war. Qui mores ab Ele-*
ctore

ctore Saxon. p. 2. C. 45. expressè approbati reperiuntur. Ut hinc dubitandum non sit, in nostrò etiam foro dominum feudum, vivente adhuc possessore, alteri eà lege ac conditione concedere posse, ut si possessor sine liberis decesserit, feudum ad ipsum devolvatur, *Conf. Carpz. d. p. 2. C. 45. d. 1. Berlich. p. 1. concl. 54. Schulz. in Synops. feud. cap. 9. n. 46. & ibi citati multi A.*

XX. Cernimus porrò in textu causam efficientem proximam, ipsum dominum, qui etiam ita nominatur *1. F. 1. §. 2. in fin. 2. F. 14. in fin.* sive quod ab ipso feuda profecta sint recognoscenda, sive ob fidelitatem & servitia, quæ iis præstari consueverunt. Salutatur aliàs etiam Senior *1. F. 17. & 18.* non quidem ætatis, sed observantiæ potiùs & venerationis ratione, *Conf. Schnobel. disp. feud. 2. tb. 19.* Capimus ex hinc iterum argumentum, quod hæc expectativa concessio à pacto de viventis hereditate longè abeat: illa enim procedit ab ipso Seniore, qui dominium feudi habet: hoc plerunq; initur ab iis, qui circa hereditatem alterius nihil quicquam habent juris. Id quod porrò comprobant verba sequentia, quæ ad objectum respiciunt, de feudo militis sui, quæ disertè arguunt, quod dominus de Vasalli sui adeoq; certâ ratione propria re disponat

XXI. Id quod ulterior objecti discussio clarius ob oculos ponet. Occupatur enim hîc dominus circa feudum Militis sui. Feudum est jus in re quadam, sub lege mutux fidelitatis constitutum, cuius dominium utile ad Vasallum transit, *2. F. 8. §. rei autem. arg. 2. F. 23. L. 1. §. 1. si ag. vectig. per. Conf. Carpzov. disp. feud. 7. tb. 2.* directum verò seu proprietas domino salva manet, quippe quam regulariter sibi reservasse censetur *d. 2. F. 8. §. ult. 2. F. 23. in fin. Schnob. disp. feud. 8. tb. 1.* Objectum hocce determinatur porrò & circumscribitur à subjecto ibi: *militis sui*; Per militem autem hîc vasallus indigitatur *vid. text. 1. F. 22. & 2. F. 23. in fin.* quandoquidem prima origo hujusmodi beneficiorum ex militia fluxit, *Rittershus. in Prolegomen. Partit. Jur. feud. p. m. 3. & 4.* & nuncupatur is aliàs etiam feudatarius *2. F. 2. Clientulus 1. F. 16. ac fidelis 1. F. 1. §. & quia vidimus 1. F. 4. §. si quis de manso. 1. F. 5. §. item fidelis 1. F. 10. 2. F. 7. §. ult.* Unde & hodie Vasallis per dominos in literis titulus tribuitur: *Unsern lieben getreuen/*

getre uen/ Rosenthal, *de feud. cap. 1. Concl. 6. n. 6. Schultz in Synops. feud. c. 2. n. 7.* Notanter verò adjicitur pronomen sui. Nec enim quis de quolibet feudò expectativam alteri concedere valet; sed de feudò Vassalli sui. Id quod extra controversiæ aleam positum est. Quemadmodum enim aliusquisq; tantum rei suæ moderator & arbiter est, *L. 21. Cod. mand. §. 40. J. de R. D.* ita ex adverso res aliena ab altero alienari nequit, alienata verò vindicari à quocunq; possessore poterit, *l. 6. C. de rebus alien. non alien.* Quod adeò verum est, ut nec Pater res filii emancipati alienando quicquam ipsi nocere valeat, *L. 5. Cod. eod.* nec maritus uxori in rebus dotalibus *L. 2. C. eod. pr. Inst. quib. alien. licet. Peretz. ad cit. tit. C. n. 12.* Idem ergo in feudo alteri concedendo obtinebit.

XXII. Porro in textu hæc sequuntur verba: *quod post mortem ipsius ad dominum reverti sperabatur.* Ubi illa statim sub manibus nobis nascitur quæstio, num valeat etiam Expectativæ concessio, si Vassallus Feudi possessor legitimos adhuc successores puta filios habeat! Et videbatur dicendum quod non: siquidem in hoc textu nostrò id feudum alteri in casum mortis alterius dari posse traditur, quod post mortem Vassalli ad dominum reverti speratur. Jam verò procul abest illa spes, legitimò herede existente. Quæ sententia expressò textu *l. F. 27. in fin.* sustineri videbatur per verba: *Hoc autem dicendum est de eò milite, qui feudi successores non habet.* Quæ verba restrictionis notam haud obscure suggerunt. Sed nihilominus contrarium vero magis consentaneum etiam nos existimamus. Præterquam enim, quod sententia hæc usu & consuetudine passim recepta legatur, *Conf. Ludwell. in Synops. feud. cap. 8. p. m. 162. Vultej. de feud. lib. 1. cap. 7. n. 49. Hartm. Pistor. lib. 2. qv. 25. Schultz. in Synops. feud. cap. 9. n. 53. Dn. Struv. in Syntag. Jur. feud. cap. 7. D. 5. Schnobel disp. feud. 5. th. 27.* & à communi opinione non facile sit recedendum, *Franzk. ad ff. tit. de O. J. num. ult. Dn. Laur. vb. concl. forens. Ex. 2. th. 2.* cogit nos in illam sententiam textus *l. F. 35.* ubi generaliter asseritur, quod dominus de alterius Feudò investituram facere potis sit. Jam ubi jura generaliter loquuntur, & nos eadem generaliter accipere debemus, *L. si Servitus, 23 ff. de S. U. P.* Nec quicquam rationes dubitandi, quas præmissimus curandæ erunt. Verba etenim, quæ in hocce occurrunt textu non præcisè de spe proxima, sed etiam remotiori exaudiri queunt. Quidni etiam

C

etiam

Etiam feudum ejus, qui liberos adhuc habet, ad dominum reversurum sperabitur? quàm saepe natura moralitatis ordinem turbat? *L. 51. de inoffic. testam.* quàm saepe ante parentes liberi decedunt *arg. N. 118. cap. 2. junct. L. 6. de LL.* Alterius textus *1. F. 27.* hic videbatur esse sensus, quod sub conditione investitus succedat in feudò post mortem Vasalli possessoris, etiamsi is non consenserit, dummodo ipse non habeat successores *Conf. Struv. & Ludwel. c. l.* Ut hinc illa verba non ad tempus concessionis expectativæ; sed potius ad eventum consecutionis referenda veniant.

§. XXIII. Quando porrò pergit Jctus feudista in textu nostro: *in alium militem investituram facere posse*, tunc vocat subjectum cui confertur expectativa militem alium inspectò potissimum eventu conditionis existentis. Investitura rectè definitur, quod sit actus quò solenniter à dominò verè vel fictè vasallo feudum traditur *Ludwel in Synops. feud. Cap. 8. p. 138. seq.* Et est vel propria vel abusiva *2. F. 2. pr.* Illa est, quando feudum vasallo ita ceditur, ut re ipsâ vacua ejus possessio insimul tradatur: Hæc quando non propriè verè aut realiter possessio traditur; sed vel verbis tantum vel symbolis aut signis (gladiò fortè, vexillò, sceptrò, aunulò, hastâ, baculò &c. porrectis & apprehensis) voluntas domini declaratur *Vultej. de feud. Lib. 1. cap. 7. n. 29.* In præsens investituram intelligimus conditionalem, quæ superinfudatio nonnullis dicitur eò, quod dominus priori vasallo quasi addat alterum & eidem feudum concedat. Potius ergò cernitur hîc promissio de investiendo, seu investitura talis, quæ respicit futurum casum & conditionale adeoq; jus succedendi in feudum continet. *Conf. Dn. Struv. in Syntagm. Jur. feud. cap. 7. th. 4.* Ut proinde nec abusiva investitura nominari queat expectativa quippe cum tum demum à dominò militi solenniter petenda investitura sit, quando eventus conditionis existit. Nam & in expectativæ concessionem non opus est ut signum aliquod externum, utpote hasta, quemadmodum in investiturâ abusivâ fieri amat, interveniat. Multò minus pares curiæ ad expectativam concedendam erunt necessariò adhibendi, sed sufficiunt literæ manu sigillòve domini corroboratæ; id quod in abusiva investitura aliter comparatum est, quæ parium Curia testimonium omninò exposcit. Unde pro Regulâ à Feudistis traditur, quod nova investitura sine parium præsen-

sentiã facta regulariter non valeat vid. Rosenthal. de Feud. cap. 6. Concl. 4. n. 5. Sed hæc consuetudo præcisè pares exigens & probationum facultatem restringens cohibenda potius quàm extendenda est Conf. Idem Rosenthal d. cap. 6. Concl. 6. n. 2. præprimis cum à separatis non sit inferendum L. fin. de Calumn. Conf. fusè Rosenthal. c. Concl. 6. & Hartmann. Pistor. Lib. 2. q. 30. Berlich. part. 2. Concl. 54. n. 1. 2.

§. XXIV. Describitur porrò expectativa ab effectu his verbis: *Quæ investitura tum demum capiet effectum, cum feudum domino aut heredi suo fuerit apertum.* Sensus est, quòd promissio ita seu investitura conditionalis tum demum effectum sortiatur, adeoq; qui ipsam impetravit feudum consequi debeat, quando id domino fuit apertum. Unde in propatulo est, quod si feudi possessor post investituram liberos demum nactus fuerit, expectativæ vis evanescat, conditione quippe, sub quâ facta erat, deficiente arg. L. 8. de peric. & Commod. rei vend. Id quod Jure Saxon. diserte cautum reperitur Lehn R. cap. 20. wenn der Sohn nach des Vatters tode lebet als lang/ daß mann seine Stimme gehören mag in den vier Wänden de Hauses/ so ist Er beerbet mit seines Vatters Lehn und hat es entfu ret allen denen/ die gedinge daran hatten jung. cap. 72. Vultej. Lib. cap. 7. Modestin. Pistor. Vol. 2 Consil. 40. num 65. Schrader de Feu Art. 3. cap. 2. num. 20. Nisi tamen liberi uti istiterum vivò adhuc Parente decesserint: quò casu quia conditio, obstaculò remotò, a huc existere potest vires expectativa sortiatur Ludwel. in Syno. Feud. cap. 8. pag. m. 163. Quòd iterum jure Saxon. expeditu est Lehn R. art. 20 ibi: der Sohn der ehe denn der Vatter stirbt ist Er Lehnerbe/ wenn Er mit dem Lehn nicht beerbet ist/ darumb so bri Er niemant das Gedienge andes Vatters Lehn Hartmann. Pistor. Lib. 2. q. 25. n. 16. 7. Vultej. de feud. cit. L. 1. cap. 7. n. 50.

§. XXV. Ait JCtus: *capiet effectum*, quæ verba ad obligat nem & actionem inde pullulantem respicere videntur. Quærit ergò qualis ex hoc negotio nascatur actio? Resp. esse hîc attendendum modum quò dominus expectativam alreri indulserit; quòd ergo stipulanti quis feudum in hunc eventum promiserit, prodi inde actio ex stipulatu: si testamento, actio personalis ex testamen si per donationem conditio ex lege, si pactò conditio ex mori!

locum sibi vindicabit Schnobel Disp. Feud. XI. th. 1. Hodie enim ex nudis etiam conventionibus serio initis actiones nasci solent *arg. L. un. C. de Condict. ex Leg. Lauterbach. Concl. For. Ex. 8. th. 9.* cum ad simplicitatem juris Gentium pacta hodie sint redacta *Conf. Carpzov. p. 2. C. 19. D. 17.* Alia hic sub manibus nobis oritur quaestio, num conditione existente praecise ad tradendum feudum teneatur dominus, an vero praestando interesse liberetur. Scinduntur hic in partes Interpp. Berlichius etenim *part. 2. Concl. 54. n. 59. seq.* indistincte verius putat, quod dominus sive facultatem tradendi habeat sive non, solvendo interesse liberetur. Rationes ipsi sunt 1. quod dominus in hoc casu feudum saltem & realem investituram post mortem, possessoris facturum se promiserit, adeoque liberari ipsum praestando interesse, 2. quod dominus hic non ex contractu emptionis & venditionis sed ex simplici promissione & stipulatione teneatur, ideoque ipsum iterum non praecise obligari ad tradendum, 3. quod dominus in casum mortis investito ex contractu innominato & conditione ex moribus ad feudum praestandum obligetur ubi non necesse sit praecise rem tradere *L. 1. de Rer. permut. L. 5. §. 1. de praescript. Verb.*

§. XXVI. Berlichio quasi in os obloquitur *Ludwelus in Synops. feud. cap. 8. pag. m. 167.* qui acriter defendit, dominum omnino ad investituram faciendam & consequenter possessionem transferendam esse obligatum ei, qui expectativae jus nactus fuerit. Probare id satagit vi argumenti ex cap. investitura §. 1. 2. F. 3. Ibi enim asseri, quod nulla investitura fieri ei debeat, qui fidelitatem facere recuset: unde a contrario sequatur quod dominus eum qui fidelitatem facere paratus sit, omnino investire cogatur. *Conf. Hartm. Pistor. Lib. 2. q. 25. n. 21.* Berlichio adharet *Carpzovius p. 2. Ipr. For. C. 45. D. 2. n. 2.* qui tamen contractum emptionis venditionis eximit, adeo ut si hoc modo expectativa fuerit alicui data, omnino dominus rem possidens eandem tradere vasallo teneatur nec praestando interesse liberetur *L. 63. de R. V. L. 25. §. 1. de Contr. empt. L. 75. §. ult. de V. O.* Idem *p. 2. C. 1. D. 15.* Quae restrictio fortean ansam dedit *Dn. Struvio in Syntagm. Jur. feudal. cap. 7. th. 6.* ut ex natura conventionis quae feudum fuerit promissum hanc potissimum controversiam dirimendam esse existimet. Quod si ergo per donationem

tionem expectativa fuerit constituta præcisè ad tradendum tenebitur dominus §. 2. *f. de Donat. l. 35. §. ult. C. eod.* non secus ac de emptione venditione fuit modò dictum. Et ita accepta sententia Ludweli verissima est. Ex adverso si contractus innominatus intercesserit, si pacto saltem quis alteri feudum fuerit pollicitus, præstando interesse omninò diluere obligationem valebit. Quorsum rationes à Berlichio conglomeratæ referendæ veniunt. Fundamentum hujus distinctionis est, quod in emptione & donatione rem ipsam præstari oporteat *cit. text. Conf. Zoës. tit. de Act. empt. n. 13. Lauterbach. in Comment. ad eund. tit. §. 1. n. 6.* in contractibus verò innominatis & pactis aliquis ita obligetur ut vel id faciat de quo convenit, vel id, quod interest præstet *L. 5. §. 2. de Præscr. verb. l. 13. §. 1. de Re judic. Conf. Struv. in Syntagm. Jur. civil. Ex 25. th. 26. Amadeus Eckolt. tit. de Præscript. verb. §. 2.*

§. XXVII. De cæterò diffluit effectus iste in duo momenta. Primus est quando domino, alter, quando heredi ejus feudum aperitur. Ubi illa moveri solet controversia, si ante eventum aperturæ casum aliam ob causam, utpote propter culpam vasalli feudum domino deferatur, num qui expectativæ literis gaudet, tunc de eodem feudo investiendus à dominò sit? Quemadmodum aliàs in decidendis controversiis feudalibus tenor investituræ & pacta illi adjecta sedulò sunt attendenda *1. F. 14. Cap. 1. §. fin. 2. F. 22. F. 18. 2. F. 48. Schnöbel. Diss. Feud. 1. th. 19.* Ita etiam in hoc casu qualitas promissionis quæ in expectativâ dandâ intervenit probè est excutienda. Quod si ergò dominus in genere feudi spem alteri ita fuerit largitus, ut quandocunq; illud fuerit apertum, id ad expectantem devolvi debeat, non dubitarem quin tum ad investiendum sit obstrictus dominus *Conf. Vultej. de Feud. Lib. 1. cap. 1. n. 12.* Genus enim omnes in se complectitur species *L. 147. de R. J. & qui dicit, genus, dicit etiam ejus species L. 6. de Adim. Leg. L. 23. de S. U. P. Wissenbach. ad L. 80. de R. J. E* contrario quando hæc conditio, si possessor sine liberis decesserit, in expectativæ diplomate reperitur apposita, non faciet investituræ locum culpa vasalli, sed opperendum ipsi erit, donec casus non existentium ipsi liberorum eveniat. Omnis enim conditio in specificâ formâ adimplanda est *L. Si ita quis. 21. de Vulg. & pup. substit. neq; investitura in certum casum collata ad alium temerè exten-*

di debet *Hartmann. Pistor. Lib. 2. q. 25. n. 17. & ibi Simon Ulricus Pistor. n. Not. Berlich p. 2. Concl. 54 n. 66. Carpzov p. 2. C. 45. D. 3.*

§. XXVIII. Quando verò vasallus moritur sine liberis, tenetur dominus investiturā alteri, cui promisit, facere. Quod si verò duobus feudum sub hāc conditione pollicitus fuerit dominus, prior erit potior *arg. L. 30. Locat. David Mevius p. 4. Decis. 7. Hartmann. Pistor. p. 2. q. 29.* Idem est si eadem conditio vivente quidem promittente non, sed eodem mortuō existat, perinde heres ipsius ad investiendum erit condemnandus *junge text. 1. F. 9.* Heres enim eodem jure uti debet, quod defunctus habuit *L. 177. de R. J. & quoniam in jus univ. sum adeoq; in vitia pariter ac virtutes defuncti succedit, factum defuncti omninō pręstare debet.* Nam & aliās generaliter traditum est, quod ex quā personā quis lucrum capit, ejus factum pręstare debeat. *L. 149. eod.* Unde est, quod filius, qui Patri suo heres extidit non possit retrahere feudum *Conf. L. 14. C. de R. V. Wissenbach. ad c. L. 149. th. 1. Berlich. part. 2. Concl. 39. n. 16.* Contrarium quidem in Jure Saxon. dispositum videbatur in *Lehn-Recht cap. 5. cap. II. & cap. 59.* Sed verò jus illud Saxonicum pro authenticō non est venditandum: siquidem id eatenus saltem robur sortitur, quatenus usu approbatum forensiq; consuetudine receptum reperitur *Conf. Georg. Schultz in Prolegomen. Synops. Instit. Virgil. Pingizer. in Illustr. quest. Saxon. Decad. 1. q. 46. n. 18.* Jam verò testatur *Carpzov. p. 2. C. 45. D. 5. n. 5. post Hartmann. Pistor. lib. 2. q. 26. n. 17.* observantiā hoc esse inductum, ut in forō etiam Saxonico heres domini investituram de caducitate feudi factam ratam habere debeat. Id quod jure Saxon. Electorali expeditum est, quō secundum jus commune feudale in hoc casu Collegia juridica pronuntiare jubentur. Quinimō in fortioribus adhuc terminis idem jus heredem adstringit ad implendam defuncti promissionem *cit. Constit. vers. Alldieweil aber Verbis: Wenn ein Lehnherr weltliches Standes jemandes ein Anwesell verschreibet / ob gleich seiner Erben darinnen nicht gedacht / daß dennoch dieselben / wo sich der Fall folgens zutrüge / solche Verschreibung so weiten als die Vergleichung geschehen Inhalts des Buchstabens zuhalten schuldig seyn. Conf. Schultz. in Synops. Jur. Feud. cap. 9. n. 9.*

§. XXIX

§. XXIX. Pergimus in nostrò textu, ubi porrò hæc: *Secus est in Ecclesiasticis personis, nam si Ecclesiastica persona talẽ faciat investituram, non aliter valebat, nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur.* Concordant textus alii ita 2. F. 35. hæc legere est: *Ubi verò de alterius feudo fecerit investituram, siquid pure non valeat: sed si sub tempore vel conditione, quã feudum sibi aperiatur valebit investitura, etiam sine vasalli voluntate facta.* Si tamen ante decesserit investitor quã feudum ad eum revertatur, successor non cogitur eam habere ratam &c. Item 1. F. 3. Si verò archiepiscopus, episcopus vel abbas vel abbatisa investituram ejus feudi, quod alius detinebat, eò tempore alicui dederit, ut post decessum ejus qui possidet, habeat & ante decesserit archiepiscopus, quã ille, qui feudum possidebat, successores eorum non coguntur eam investituram facere vel confirmare, etiam si pares ejus curtis adsint testes vel breve testatum inde sit &c. Idem statuitur 1. F. 9. vers. *Hoc ita est nisi fuerit facta ab aliqua Ecclesiastica persona.* Ut ita de sententiã juris feudalis satis simus certi. De ratione diversitatis itaq; videamus necesse est. Georgius Schultze in *Syn. Feud. cap. 9. n. 56.* hanc reddit, quod episcopi & Præsules præsentium tantum rerum, non etiam post mortem suam gerendarum habeant administrationem *Cap. ult. 12. q. 1.* Adæqvata magis illa videtur, quæ ab ipsò successore ac modò succedendi sumitur. Nimirum Prælatus causam succedendi non habet ab eò, cui succedit, nec descendit in jus ab antecessore sibi relictum; Sed potius jure proprio succedit, adeoq; ut antecessoris sui facta præstet non habebit necesse quoniam nullum ex ejus personã lucrum consecutus est *vid. l. 149. de R. I. Conf. Habn. tit. de Constit. Princ. n. 2. Struv. de Feud. cap. 7. th. 9.* ubi idem de eò qui proprio jure in regnum, ducatum &c succedunt, ob identitatem hujus rationis perhibent *Conf. Ludw. c. 8. p. 270.* Quam rationem ulterius explicat, *Carpz. p. 2. C. 45. D. 7.* quod nempe episcopi vel postulationis vel electionis jure & sic novò titulo ad dignitatem ac officium suum adscendant *Cap. ad Decorem 5. de Instit. cap. 1. de præbend. indeq; nullam ab antecessoribus suis causam habeant.* Traditur tamen hîc notabilis exceptio, si nempe investitura de feudi caducitate consensu totius Capituli facta fuerit, tunc enim successor ad
ejus

ejusmodi investituram præstandam omninò obligatus est, non tam ex persona sui antecessoris, quàm ex promissione totius Capituli Rosenthal. in Synops. feud. Cap. 6. Concl. 16. n. 7. Schultz. in Syn. Feud. Cap. 9. n. 57.

§. XXX. Alia exceptio cernitur 1. F. 3. ibi: *Nisi is qui investituram accepit, nomine ejus in possessionem feudi missus sit eò consentiente, qui detinet, qui textus quamvis notante Dn. Struvio. Cap. 7. th. 9. diversimodè explicetur, tamen nos simplicem ejusdem sensum hunc esse putamus, quod prælatus succedens expectativam ab antecessore concessam præstare omninò teneatur, si ea donatus consentiente possessore in feudi possessionem fuerit missus, possessoris jure interim integrò relicto Conf. Dn. Joh. Fridericum Rhetium novitur ad c. 1. F. 3. Verbis: *Consentiente eò qui detinet n. 2. seqq.* Exceptionis hujus vis in eò sita, quod quemadmodum aliàs traditio jus potius efficit l. 15. de R. V. ita etiam in præsens, dum quis eandem consentiente possessore consequitur eò fortius operetur. Nascitur etenim inde jus reale l. 67. de V. S. Wissenbach ad cit. l. 15. C. ut hinc Successor Episcopus antecessoris sui factum reali ita traditione firmatum impugnare nequeat quoniam ita jus alteri perfectè quæsitum auferret: accedit, quod hoc ille non majorem sustineat potestatem Canone Illud 16. q. 6. Cap. perpetuas 5. X. de Donat. Conf. Rhetius cit. l. Hartmann. Pistor lib. 2. q. 27. qui tamen cum Alvarozo hunc textum ad refutationem interpretatur. Plures limitationes videri possunt apud Rosenthal. de Feud. Cap. 6. Concl. 16. n. 4. seqq. Schrader. de Feud. part. 3. cap. 2. n. 33. seqq. Matth. Berlich. part. 2. Concl. 54. n. 12. seqq. Dn. Struv. Syntagm. Jur. feud. Cap. 7. th. 9.*

§. XXXI. Poterat hinc ex adversò quæri, num expectativæ jus etiam ad heredem stipulatoris devolvatur? Textus 1. F. 9. verba ita sonant: *Si quis investitus fuerit de alienò feudo post mortem ejus vel si quis fuerit investitus sub conditione aliqua, vel tempore, quò nullus erat investitus: sive præmoriatur tenens feudum sive investitor sive investitus, investitor & investitoris heredes tenentur investito, vel heredi ejus veniente tempore vel conditione, licet alii dicant, si moriatur investitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem existentem vel ante tempus, quod heredes ejus non debeant investi-*

investitori &c. De hoc itaq; puncto dubitatum fuisse arguit finis hujus textus Ratio forte illa, quod feudum sit beneficium 2.F. 23. in fin. ubi singularis personæ affectio, cui indultum, spectatur. Jam ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoq; deficit l. 68. de R. I. Sed rationi decidendi inservire potest, quod non omnia beneficia personalia sint; sed quædam causæ, adeoq; ad heredem transmittantur l. 196. eod. Pariter itaq; expectiva non meram stipulantis respicit personam; sed cum uti superius annotatum fuit, per pactum stipulationem vel alium contractum ineatur, locum sibi vindicat regula, quod contrahendo non tantum nobis sed etiam heredibus acquiramus l. 9. de Prob. Conf. Ludw. ad §. 4. J. de V. O. in fin. merito ergo spes hæc in heredem transmittitur cit. §. 4. L. 57. d. V. O. L. 13. C. de Contr. stip. Conf. Carpzov. p. 2. C. 45. D. 9. Quamvis verò Jure Saxon. communi aliud statuendum Lehnd. Cap. 2. vers. **Er fan es auch nicht erben an seinen Sohn & cap. 26. vers. Es ist aber keine Folge daran / man erbet es auch nicht an die Söhne;** injungat tamen contrarium usu longò receptum & secundum jus feudale commune semper tam responsam quàm judicatum fuisse testantur Hartmann Pistor. lib. 2. q. 25. n. 35. Schulz. in Syn. Feud. Cap. 9. n. 61. Carpz. p. 2. C. 45. D. 9. ibiq; cit. Moller. Ludw. in Synops. F. cap. 8. pag. m. 170. ubi & contrariis satisfacit.

XXXII. Insequuntur deniq; ultima verba textus nostri feudalis: *Et in tali investitura consensus ejus, de cujus feudo sit, exquiri non oportet,* quibus concinit textus 2.F. 35. ubi traditur sub tempore vel conditione, quò feudum sibi aperiatur valebit investitura etiam sine voluntate vasalli facta. Ratio est quod feudum usufructui comparetur & morte ultimi vasalli tanquam apertum ad dominum revertatur, injuriam itaq; non faciet vasallo domino si in casum quò extingvitur ususfr. jus suum alteri concedat jung 2.F. 23. Gail. Lib. 2. Obs. 155. n. 3. Accedit quod nulla hic ad manum se det sinistra præsumptio maligni consilii, quæ adhibendo consensus possessoris esset excludenda Struv. c. l. cap. 7.

D

ib. 6.


th. 6. Conf. Ludwel. in Synops. Feud. cap. 8. pag. m. 161. qui etiam
contrariis satisfacit. Idem jure Saxon. statum reperitur im
LehnR. Cap. 10. ibi: **Daß man das Bedinge an einem
Guthe ohne des Willen / der das Gut in Besiz
und Gewehren hat / verleihen möge** Schulz in Syn.
Feud. cap. 9. n. 49. Carpz. p. 2. C. 45. D. 1. n. 12. 13. ubi discrimen
inter simultaneam investituram, in quam possessor omninò con-
sentire debeat & expectivam advertit. Conf. Hartmann. Pistor.
lib. 2. q. 20. & q. 25. n. 11. Versu: Cui etiam jus Saxonicum. Illud
expeditissimum est quod si interveniat scientia vasalli de validi-
tate investituræ conditionatæ eò minus dubitandum esse; quo-
niam ejusmodi pactum & jure civili valet L. fin. C. de Pact. Carpz.
p. 2. C. 35. D. 19. Du. Lauterbach Concl. For. Exerc. 8. th. 5. lit. D.

§. XXXIII. Et ita quidem breviter perlustravimus textum ju-
ris feudalis hanc in rem præcipuum. Quoniam verò aliud spa-
tium adhuc superest lubet ex Schulz. Cap. 9 n. 47. formulam expe-
ctativæ hic subjicere, quæ ita sonat:

**Wir N. N. bekennen und thun kund Männnigli-
chen / daß wir unsern lieben getreuen N. N. auß
sondern Gnaden / damit wir ihm geneigt sind /
und in Ansehung seiner unterthänigen / ge. reuen
und nützlichen Dienste / die er uns bishero viel-
fältig bewiesen / und uns / (und unsern Erben)
forthin wohlthun soll und wil / gnädl. zugesaget
und bewilliget / sagen zu und bewilligen auch
hiermit in Krafft dieses Briefes vor uns und un-
sere Erben / ihn mit den Dorff N. welches unser
auch lieber getreuer N. N. von uns zu leben tra-
gen / so bald dasselbe uns / als dem rechten Lehn-
herrn**

Herrn wiederum heimfallen möchte / gnädiglich
zu beleihen und zu begaben / welches Er auch als
denn von uns zur Mann-Lehn empfaben / be-
mannen und bedienen / auch derowegen Lehns-
pflicht thun soll / Inmassen benanter N. N. und
seine Vorfahren allewege vorhingethan / und sich
laut der alten Lehnbriefe zu thun gebühret /
treulich sonder ge-
fehrde.

SOLI DEO GLORIA.



GENEROSE PERQVAM AC NOBILISSIME
DOMINE à Pforte/

Fautor atq; amice plurimum honorande

Sicut ingenia hominum diversa plane sunt: ita etiam qui literis incumbunt diversimodè se gerunt. Multi quidem mediocriter saltem iis imbuti magnam eruditionis speciem præferre valent: Ita enim agunt, ita loquuntur ac si artes omnes in pectoris sui scrinio, ut cum Papâ nostrò loquar, oppidò gestarent. Ab his verò planè abhorrent alii, qui doctrinis quidem præditi, plura animò continent, quàm de sese jactitant. Hi sunt qui secum habitare didicerunt modestiæ quàm deditissimi. Cujus quidem innatum quasi studium ipsos eò continentia deducit, ut, judicii vi subinde monente, timidiores quàm audaciores audire malint. Non erra vero e quidem si posteriori Classi Te, Respondens perquam Generose, accenseam. Tu enim es, qui intelligis, quantum modestia temeritati præstet:

Tu

Tu es qui iudicio potius quam inani verborum
apparatu pugnare consuevisti. Nam & cum
citius prodire potuisses in publicum, expectare ta-
men maluisti, quam prævertere tempus. Ratus
sc. plurimas juris partes perlustrandas prius esse,
quam conscendatur cathedra. Ego verò gra-
tulator Tibi hoc Specimen ex animo, precatus in-
simul, ut locum istud faciat magnorum gratia
Principum, qui Generosissimi Parentis merita
in Te filio beneficiis compensare non omittent. Vi-
deor mihi jam videre illum diem, quò aulæ or-
namentum existas, quò innumera à Te in Pa-
triam redundant commoda. Pietas etenim
probitas, virtus ac diligentia tua non poterunt
latere deinceps; Sed mox cum gloriâ tuâ erum-
pent. Vale. Dabam ex meo muséo die 28. Julij
1675.

D. GOTHOFREDUS Strauß

D 3

Ma-

Madrigal!

A! Die Geburt ist wohlbeglückt
Wann Schild und Schwert den Stamm
beziehen;

Ein Edler Helm / den tapfre Ahnen führen
Den Sohn mit gleichen Adel schmückt;
Wer aber auch mit eignen Palmen pranget
Weit mehr vollkommner Lob erlanget.

Wohl-Edler Deiner hohe Ahnen
Und Deines grossen Vaters Thaten
Die unsern Land ein rechtes Heiligthum
Erwerben **DZK** zwar hochgepriesnen Rhum/
Du lebst durch **IHR**E Tugend
Doch suchest Du weil **DJES**E Dich vermahn-
nen

DZK selbst noch eine Lorber-Kron
Es zeigt schon die Früchte **DEIN**E Tugend
Fahr fort! **D WERTHER** SOHN!
So wird die höchste Zier erreicht
Wann Dein Verstand des Vaters
Hoheit gleichet.

Dieses sahen hinzu
Des Herrn Amtschreibers sämtliche
Tischgenossen.

Wie

Wie helles Sackel Licht nicht kan verborgen
bleiben.

Wo Licht und Tag nicht ist / man sieht es bald
zertreiben /

Wo es zugegen ist / die schwarz betrübte Nacht /
Daß wo vor finster war / uns helles Licht an-
lacht.

So kanstu / Werther / auch nicht im Verborgnen
bleiben

Dein Kunstverliebter Geist tritt durch Gelehrtes
Schreiben

An öffentlichen Tag ; Allwo du jedem weist
Daß dich das Musen-Volck von Jugend an
gespeist

Mit seiner klugen Kunst. Drum warten mit
Verlangen

Dir tausend Ehren auff / man sieh't dich schon
umbfangen

Den höchsten Jugendlohn. Man sieht wie
deinen Ruhm

Trägt Sama Sternen auff in Themis Heiligt-
thum.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte den Herrn
Respondenten Beglückwünschen des-
selben

verbundener

J. G. Gleichmann.

W Er heilige Tugend liebt / und reinen Weyrauch
streuet

Auff Themis Rauch-Altar / hernach offte Scepter
führt.

Diß hastu vorgethan / der Fleiß ward stets verneuet
Drum sieht man wie dein Lob das Sternen Zelt
berührt.

Dieses wenige setzte seinen hochgehaltenen
und werthgeschätzten Freund Monf.
Pforte auß obliegender Pflicht hin zu
Dessen verbündener

Wiegand Adolff von Görzdorff.



Er hat Beehrter Freund / mit Gaben stets ver-
ehret

Apollo Opfertisch. Ihn hat vorhin vergnügt
Ein hochgelehrt Pappier und was der Lehrer schreibt
Drum wird izund sein Lob nicht sonder recht vermeh-
ret

Er hat mit sauren Schweiß Unwissenheit besieget
Drum auch sein Name fest so lang als Luna bleibet

Dieses wenige setzte seinen hochwerthen
Freunde hinzu

Christian Friderich Franckenstein,
Lipf.



00 A 6463

ULB Halle 3
002 935 872



Retro ✓

15702



DIS



4.

Q. D. B. V.
DISPUTATIO FEUDALIS
DE
JURE EXPECTA-
TIVÆ

von dem Anwartungs Rechte/

QUAM
ANNUENTE MAGNIFICO JCTORUM WITTEB. ORDINE,
PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTIS-
SIMO atq; EXCELLENTISSIMO,

DN. GODOFREDO STRAUSS/

Philosoph & J. U. D. Institutionum Prof. Publ. longè ce-
leberrimo, Curia Elector. Scabinatus & Inclyta Facultatis Juri-
dicæ Assessore Gravissimo p. t. DECANO SPECTABILI.

Fautore studiorumq; suorum Promotore omni honoris
cultu prosequendo

Publicè proponet

JOHANNES RUDOLPHUS von der Pfortel
EQV. MISN.

IN AUDITORIO JCTORUM,
DIE IV. AUGUSTI MDC LXXVI.



WITTEBERGÆ,
TYPIS JOHANNIS WILCKII.

